

SESSION 2025

ÉPREUVE À OPTION

VERSION LATINE ET COURT THÈME

L'usage de la calculatrice n'est pas autorisé

DURÉE : 5 heures

Tournez la page S.V.P

I. VERSION

DISCOURS DE CESAR AU SENAT

Après le passage du Rubicon, César justifie sa conduite devant les sénateurs romains qui n'ont pas fui avec Pompée.

His rebus confectis, Caesar, ut reliquum tempus a labore intermitteretur, milites in proxima municipia deducit ; ipse ad urbem proficiscitur. Coacto senatu, iniurias inimicorum commemorat. Docet se nullum extraordinarium honorem appetisse, sed exspectato legitimo tempore consulatus eo fuisse contentum quod omnibus ciuibis pateret. Latum ab X tribunis plebis, contradicentibus inimicis, Catone uero acerrime repugnante et pristina consuetudine dicendi mora dies extrahente, ut sui ratio absentis haberetur, ipso consule Pompeio ; qui si improbasset, cur ferri passus esset ? Et si probasset, cur se uti populi beneficio prohibuisset ? Patientiam proponit suam, cum de exercitibus dimittendis ultro postulauisset, in quo iacturam dignitatis atque honoris ipse facturus esset. Acerbitatem inimicorum docet qui, quod ab altero postularent, in se recusarent atque omnia permisceri mallent quam imperium exercitusque dimittere. Iniuriam in eripiendis legionibus praedicat, crudelitatem et insolentiam in circumscribendis tribunis plebis ; condiciones a se latas, expetita conloquia et denegata commemorat. Pro quibus rebus hortatur ac postulat ut rem publicam suscipiant atque una secum administrent. Sin timore defugiant illi, se oneri non defuturum et per se rem publicam administraturum.

CESAR

II. THEME

Les Romains avaient commencé par mépriser les beaux-arts, et en particulier la littérature, jusqu'au moment où les philosophes, les orateurs, les historiens rendirent le talent d'écrire utile aux affaires et à la morale publique. Lorsque les premiers de l'État s'occupèrent de littérature, leurs livres eurent sur ceux des Grecs l'avantage que donne toujours la connaissance pratique des hommes et de l'administration.

MADAME DE STAËL